

Ibid.

Et quid electio à ratione, & ministere à potestate.

quòd procedat à Patre? Spiritum veritatis, qui à Patre procedit. Quo ergo intuitu à Filio sumit nomen, scilicet, veritatem, & à Patre dumtaxat exprimit Redemptor processionem? Iuxta processionem, vel processionum expressiones, gloriæ disponuntur attributales: & omittitur attributum personæ à qua dicitur procedere; ac personæ stemma designatur, à qua procedere, licet procedat, non dicitur? Utiq; in documentum censuræ electionum, ut clarescat nudæ affectione suffragantium. Filio attribuitur ratio, Patri potestatis plenitudo: & in articulo, quo Spiritum Sanctum Successorem Filium designat; haud dat attributum Patris, à quo procedit, sed tantum suum, quàm Successorem proponit: igitur ut auctorentur dignitates, & benemeritorum electiones; non tam debet attendi, an procedant à Præsidis potestate, quam quòd verè procedant à ratione. Semper enim rectæ, quæ à potestate rationis, & nequaquam plenitudine absolute potestatis.

Verf. 16

Cap. 14. 23.

Per rationem fiat electio.

Si ingeritur potestas, dum taxat de commata.

Ut fundatur cum sagacitate ambitio.

15. Insuper. Hunc insignem Successorem à se missum iri, dicit Filius: *Mittam vobis*. Quidni Pater mittet? Mittet abs dubio. *Mittam vobis à Patre*. Cur itaque non dicit: *Mittemus*? Alii simul omnia: *Ad eum veniemus, & mansionem apud eum faciemus*. Quare Christus in missione Spiritus Sancti non exprimit pluralitatem personarum; si demonstrat, dum per gratiam tota Trinitas sedet in cordibus hominum? Promam. Hic loquitur Christus in ordine ad charitatem. Ibi in ordine ad electionem, & Ecclesiæ Præsidentem. Hic loquitur de gratia: ibi de iustitia. Hic de subiecto dilectionis; vettura ibi de obiecto ac nitore iuris. In gratia uterque exprimitur: *Veniemus*. Filius & Pater: ratio & potestas: *Faciemus*. Cæterum dum Filius designat discipulis Successorem, dumtaxat connotat Patrem. *Mittam vobis à Patre*. Intendite in documentum, ne in electionibus ingeratur potestatis dominium: siquidem licet esse debeat cum potestate ratio, ut consulat suffragia bono publico; dum à ratione dignitas, pro electione dumtaxat connotanda potestas.

16. Dixi consulto *Comnotanda potestas*; quoniam dum fit electio, semper in recto debet ingredi ratio. Seminantur sèpenumerò à filiis huius sæculi sularum loia, quibus incautè tamquam specie recti fascinat innocentia; ut nascantur per meditatam vafritiem, quod non possunt ambitiosi per meritum rationem: igitur iam inolevit ingredi pro vocis sagacitatem versutias, ubi in molimen vident deficere causas; quasi pro-

eligendi, estò indigni victorià, ius esset dolosum stratagemata, pessundatis doctibus, & valentibus viribus. Necesse est, ut armis valeat virgo intemerata lex, ut inter dytcolos stabiliatur pax: & dum à Christo exponitur suffragium, tamquam vorum rationis; designat in electione Successoris etiam potestatem Patris, necessarià in consilium connotatione, ut confringatur quassata malitia ambitionis vigiliis cæcæ: quippequam in suffragijs rationis proteret causam: si cogitaverit rationem non habere potentiam.

17. In celebri antilogia claret propositum, ut sequamur in electione consilium. Spiritum Sanctum Successorem *mittam vobis à Patre*: dicit Christus. In eodem Sermone post cœnam dixerat: *Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo*. Cogitur intentè in arcanis auctoritatum meditata collocatio in diversitate vocum. Hic potestas in recto: *Mittet Pater*, cæterum ratio in obliquo: *In nomine meo*. Ibi ratio in recto: *Mittam vobis*, verum potentia de connotato (ita loquuntur Theologi) *Mittam à Patre*. Si uterque mittit, etenim ab utroque procedit; quorsum in periodis ratio modò connotat potestatem, potestas modò connotat rationem? Ut in electionibus conpescatur malitia cordium, laborantium zegritudine ambitionis affectum: connotante electricè ratione maiestatem potestatis; quoniam in suffragijs, potestas debet prævalere rationis. Attamen alibi potestas demonstratur in recto, ratioque firma in obliquo: igitur si ut vincatur, aut vincatur malitia, non sit potestas rationis; defendere debet rationem, ut prævaleat, auctoritas potestatis.

18. Fecundus est Textus. *Cum venerit Paraclitus, ille testimonium perhibebit de me*. Non sufficit, quòd promat divina sapientia, & Patris aterni ratio; ut tamquam plausibilis Successoris celebretur electio? Sufficit, sed electionum exitus testificantur eligentium conatus, an intentum iuxta rationis consilium, vel iuxta prolubij aut malicie votum. *Nunc dixi vobis, priusquam fiat*. Nunc, sed post ille testimonium perhibebit de me: siquidem per plausum totius orbis, quo extolletur in throno dignitatis, cognoscetis, quenam mihi ascitit ratio, ut constitueretur Præses. *Ille testimonium perhibebit de me*. Etiam Vos. Illi? Utiq; *Et vos testimonium perhibebitis*. Ille de me. De me & etiam illo vos. De me, quia cum venerit cognoscetis per maiestatem, quòd rationem impulit in promotionem. De illo, quoniam clarescunt in electionibus consilia pruden-

Ioann. 15. 26.

Cap. 14. 26.

Quando potestas electioni bus interit

Cap. 15. 26.

Ex acceptione electi in apicem dignitatis, intantum cog noscitur eligentis. Verf. 27 Bonum, dum sub diti plaudunt.

Ibidem

Sciunt electores eligendæ

Act. 19. 2.

Electio Superioris residet scilicet.

Costantius

dentia; dum approbant plausibus electionem vel ipsi subditi.

19. Denique. *Nunc dixi vobis priusquam fiat*. Nonne dici poterit, si Successor venerit? Sanè, sed pater poterat suspiciosus animus, modò futurum expectaretur tempus; quoniam pessimi subdole conantur tollere libertatem in suffragatoribus, privatis intuitibus, vel ob temporis præcisionem, vel animi timidi perplexitatem: igitur vel ignorantia vel malitia plerique vocabulum non cognoscunt eligendum. Etiam si in Præsidentem proponantur Spiritus Sanctus, dicunt, quod Ephesini dixerunt: *Neque si Spiritus Sanctus est, audivimus*. Huiusmodi artibus utitur cautissimè ambitio; dum si bene consultit, & nequaquam benemerito. Econtrariò detegit ratio sententiam, quoniam consilij recti haud veretur revelare iustitiam: Christusque Dominus fiducialiter ostendit animum, ante Successoris adventum; igitur proposito de caelis Successore, tot charismatibus, atque donis insigni, etiam si ibi ludas proditor adesse, nullatenus contradiceret. Hispan. *Proponiendo tan illustre Successor, aut la malicia de Judas no tiene que reparar*. Hæcine Præsidis gloria, Salus publica: hæc eius illustratur thronus, exultat subditus, floret Respublica, vigent merita, extirpantur vitia, atque virtutes degunt secure vota. Haud magnætem imitetur Præses, qui pretiosa relinquit; sed apem, quæ electis floribus in saniores tendit, ut alte medietur, *Fascia cui longum cingat odora caput*. Cætera Didasc. seq.

Costantius

DIDASCALIA V.

Præceptis voluntatis consilium.

Senec.

Præceptis offitio. Calsiodor.

Multis dædecet electum videre. Horat.

Struit Seneca Epist. 92. Sequitur nonnumquam sola, quod placet, non quod licet, nec quod decet. Quid alienum ab errore, cæco duce? Facile est (ait Theodoricus apud Calsiodor. Var. 4. Epistol. 3.) qualemque sibi deligere: multis autem electum videre decet. Multos aptius dædecet: igitur gignit in electore tandem tandem iurè rædium, præceptis ac abruptum ex volutate consilium. *Stultus & improbus hic amor est, dignusque notari*. Canit Horatius lib. 1. Satyr. 3. v. 24. Cæcus exponitur Isaac, intendens eligere Esau, &

reprobare Iacob. *Caligaverant oculi eius & videre non poterat*. Ad quid huiusmodi geminatio? Ut constaret, quam perperâ filij maioris electio: igitur ita in eius amorem cæcè gravatibus affectione, ut non posset fascinatius cognoscere cæcum esse.

2. Observa. Contulit nesciens principatum Iacob, dotato instrumentis commendabilibus ac præclaris (Deus faciet, florenti dotibus, quòd dignitas conferatur à nolentibus. Ambitio profectò supervacua, si vigent merita: unde de meritis pretiosum studium, longè à splendore dignitatum) & illicò ut à rivali, amulove collationem scivit, subito *Expavit*. Ecce ruina Præsulum: nescire cui conferunt beneficium; De quo expavit? De factò, etiam de seipso. De factò, quoniam mirabile, qua arte dignus non fraudatus munere. De seipso, quippe cognovit, quam cæcum votum, quam præceptis, consilium, si non elegisset dignum ductus ratione, sed indignum tractus solummodò voluntate. Quàm cæcè in electionibus procedet, qui sciens electos de electione pavet! Cæcitatibus habebit excusationem? Quis excusabit in vigili cæcitate? Isaacus ipse stum confitetur errorem. Quàm longè à prudentia abesset, dum cognovit, ipse expavit.

3. Hæc est Salus publica, cui consuleri debet vigilanter prudentia? Electio signum est amoris, & per electionem subditi destinantur tormentis? Amoris pignore vulnus malus Præsul indiget, charitatis officio sanguinem fundit, & pacis instrumentum mortem irrogat, dum sibi pro se collationem muneris arrogat, & splendorem de dignitate derogat. Accinit floride Aloysius luglaris *Eleg. 40. & 72.*

*Funes per amplexus intrentas, Morsus per oscula. Omnem supellestem charitatis In usum odij trahit. Hostilem animum tegit, in ijs In quibus detegi benevolus solet. Bellum præludio pacis indicit, Armis amoris abusus ad odia, Salutem, quam voce dederat, Manu destruit.*

Detestabilis est enim omnis iniuria: sed malorum omnium probatur extremum, inde detrimenta suscipere, unde credebantur auxilia provenire. Exagerat enim culpam in contrarium versa crudelitas, & maius reatui pondus est, inopinata deceptio: inquit Calsiodorus lib. 4. Var. Epist. 27. Molestissimum quidem, dum expectatur pro levamine pater, quod in cruciatum egrediatuq; Lucifer;

Genes. 27. 1.

Magis cæcus, qui non esse, cognoscitur.

Ibid. v. 33.

Electio perperâ, ubi expa vel oji qui fecit, electione audita.

Quanta mala facit electio perperâ eliget

Iugl.

Calsiod. Molestissimum reatui unde expectatur auxilium.

Apit fit  
Fraser  
non arag  
nca.

Unde huiusmodi deliramentum ex suffragiis affectionum, quibus potens subditis ministrare proficua, ex proficuis aranea fugit venena.

Ufu diverso diversa intentia probantur:

Colligit hae virus, colligit illa favum.

Bruck.

Ut cuique est animus, quoque sic operatur & una

Ufus diversos res habet, atque capit.

Ut canit Iacobus Bruck in Epigram.

4 Haud aliam causam huiusmodi decoris, praeter decreta voluntatis exhibuit fugiendam Ss. Patriarcha Benedictus Regul. Sancti. cap. 1. Pro lege eis est desideriorum voluptas: cum quicquid putaverint, vel elegerint, hoc dicunt sanctum, & quod noluerint, putant non licere. Arridet ipsis uti infallibile, quod rideo uti ludicrum & despiciabile, auctoramen iuris leg. 2. C. de Crimine. sacrileg. ubi: Sacrilegij enim instar est, dubitare. An is dignus sit, quem elegerit imperator. Ilhoc pro blandimine deliramentum vel ab Heraclito extorquebit risum. Hic est fomes vanitatis, vel furoris: igitur pro auctoritate consilij, consilium colitur auctoritate. Quapropter protreptici, arceptitij, fanatici, quasi quae dixerint infallibilia, quae nolunt mala; quae capiunt, omnino bona: ita procedi in temeritates, ut dignos dicant malos quia benemeritis, & malos fignent dignos, quoniam indigni: igitur iuxta voluptatum desiderium, quod putaverint, aut elegerint, hoc dicunt sanctum.

S. Bened

Dum voluntas eligit, eligi quod tantum placet.

5 Quis non achirogelus? verum non Ionio, sed Sardonico risu. Quoties voluntas deviat a ratione, ruunt molimina Republicae. In huiusmodi divorcio fundatur & adolescit ineptiarum magnitudo: igitur pro suffragiis in alijs instat ratio, deficiente voluntate; in alijs vero nititur voluntas, deficiente ratione. In unionem utriusque potentiae dirigenda sunt vota, atque vocationum consilia; quippequam minime rationalis erit electio, ni voluntatem manuducat ratio.

Explicitis rebus arcanis celestibus, quae portare pro illo tunc nequibant affectu, afflictis mestitudine cordibus; dixit illis Iesus: Paraclitus autem Spiritus Sanctus, quem mittet Pater in nomine meo, ille vos docebit omnia, & suggeret vobis omnia quaecumque dixerit vobis. Omnia verba auctoritatis erunt materia cogitationis. Spiritum Sanctum mittet Pater in nomine meo. Id est, meritis meis, ut notat Alapide. Mittere erat gratia, qua ornanda Ecclesia. Per merita non propria, sed tantum per amicorum, aut sanguinis connexiones, satagunt plurimi elevari ad dignitates; ita ut sua sunt munera, & merita aliena, de quo egimus Tautolog. 6.

Improbata electio, nisi voluntatem manuducat ratio.

Ioanna. 14. 26.

Alapide.

Didasc. 8. num. 4. Cruenta prostrum electio, quae sit sanguinis inuitu. Ubi dilectio itabitur lex, patet non esse ad munera ius: & cum venit Spiritus Sanctus, ut eius illapsu illustratur Apostolica corona, Christus discipulis exponit in collationem gratiae propria merita; quoniam ubi nihil derahitur iustitiae, ob merita aliena potest Superior fluere gratiae.

6 Subinde. Cum venerit, ille vos docebit omnia. Amor docebit: Quid? Docere Sapientia potius incumbet. Amorem subrogat in materia legum? Uique. Nova erat mundo uti caelestis doctrina: amor sufficitur tamquam vicarius in cathedra; quippe suavius portatur iugum legum, si dilectione portatur, amore docente, quomodo feratur iugum. Sapientia docet per principia incognita in gymnasio. Hinc discipulis innuit: Multa habeo vobis dicere, quae non potestis portare modo. Sapientia amoris, uti scientia plaudentur, quae per demonstrationem ab hominibus acquirunt: & dum Sapientia racer, Amor docet; quippe potius propendunt subditi in observantiam legis, ubi docentur per demonstrationem Superioris. Vide quae diximus hic Tautol. 5. Didasc. 4. a. n. 6.

7 Aptius Didascalae scopio. Principes per me constituti estis, atque in fastigium elevati honoris, ad cuius moderationem necessaria multocula prudentia: cum venerit Paraclitus, ille vos docebit omnia. Sapientia non docebit, cum ab illa confertur honor? Dexterius, atque utilius docet amor. Sapientia docet quid incognitum per causas latentes; Amor per principiorum docet exhibitiones: & minime comprehenduntur Superiorum facultas, & potestas, dum sunt electiones per altissimas causas. Docebit vos omnia Spiritus Sanctus. Hoc est, ducet, diriget: ait Euthymius. Iuxta expressiones Filio tribuitur intelligentia dignitas, Spiritui Sancto oculara voluntas: & voluntas oculata non proferret? Non: docebit ducendo, dirigendo; nequaquam docebit definiendo, vel deliberando: igitur definire haud incumbit voluntati, sed rationi.

8 Innuit illic. Suggestet vobis omnia, quaecumque dixerit vobis. Quaecumque dixerit? Sicut. Vicarius Redemptoris, ut diximus erat Spiritus Sanctus, quem discipulis designaverat Filius. Quia personae impecceabiles, hae sententia auditur bene; nequaquam ubi est alia voluntas potans affici vel inficere, vel affectio: igitur Successor male audiet, si facit omnia, quia antecessor dixerit. Videnter mihi similes hi discipulo Ele-

Ubi non desinit in infirmitate, ob amicitiam, quae fieri a gratia.

Ibidem

Amor in signum dicitur.

Et Superiorioris est plium.

Electio- nes despi- ciuntur, quorum causam non comprehenditur.

Euthym

Eligere congruit rationi, non voluntati.

Ibidem

sci

4. Reg. 6. 5. Securis signum imperij.

Sit potestas honoris in honore potestatis.

Ibid.

Amor non eligat, sed electio dirigat.

Nil de- cernat di- lectio, nisi quod ratio.

Theop.

Amor est genti non est electio meritum

Clarius homines cognoscitur digni tibus.

sei habenti in manu securis manubrium, cum in profundum aquarum cecidisset ferrum. Per securim notatur imperium tam apud Romanos, de quo Pierius Valerian. lib. 42. Hierogl. cap. 7. quam apud Perlas, ut observat Herodotus in Euterp. Constat securis, aut bipennis & ferro & ligno, quasi lignis potestatis & honoris: quid traditio securis sine calybe? Non securis; quippe non honor sine honore potestatis: & minime sic electus honoratur, sed ignominiose illudatur; igitur cum virga regiminis non habeat stimulum, nec lignum ferrum, in honore non videtur nec colitur nisi lignum. Vividius vernacule: Qui tandole in honore nos azeros del poder que le da el pueño, no ven en el sino un palo. Ideo dum lignum videt sine ferro exclamat: Heu. Apté. Sine potestate dignitas, honor est dignitatis calamitas.

9 Pericuremur alia. Docebit omnia, quaecumque dixerit vobis. Non dicit quae dixerit, sed docebit. Dicere, est definire: docere, est dicere vel definita auctoritate firmare: & Spiritus Sanctus, licet sit amor, in distributione munera respicit in merita, & nequaquam in amoris munera; igitur haud in electionibus deliberabit, sed dumtaxat confirmabit docendo quae ratio dixerit. Clarius igitur. Ego vos in munera & dignitatem elegi, sed cum Paraclitus venerit pro munera distributione, & decore culminis, suggeret omnia, quaecumque dixerit vobis. Quotiescunque dignitates destrubendae sunt, spe potiundarum lactatur ambitio, vel phantastico merito, ut introducat in dignitates, meritis amoris Praefidis: & ut in hominibus fecerit illiusmodi vana fiducia; munera minime conferet Successoris gratia, sed rationis prudentia. Haud constituet, sed constituta firmabit. Quamvis a plurimis cogitetur in Successore amoris excessus, suggeret quae ratio dixerit, & nihil amplius.

10 Aliqui per Enallagen intelligunt Dixi pro Dixerit. Si ratio dixit, & Spiritus Sanctus faciet quicquid dixit ratio; quid & quomodo docebit? Clarius docebit: inquit Theophilactus. Clarius? Itaque. Tunc non aliam dignitatem habebant discipuli, nisi discipulos esse. Adventu Divini spiritus distribuenda erant ministeria, quibus digni approbandi erant ad munera; quoniam sine meritis ad munus, non sufficebat discipulorum titulus: & amor clarius docebit, quicquid ratio eligens dixit, cum potius fuerint, qui discipuli, muneribus; quippequam homines clarius cognoscuntur in dignitatibus. Quaecumque dixi. Si prius dictum, quid docendum? Si Spiritus descendens visibiliter

ab Olympo docebit, ad quid dictum? Si dictum prius, ad quid prius? Ut quod decretum prius, diceret tempus: igitur votum proponens suspicium; ni electus talis ac tantus in thronum egredietur, sicut fuerat dictum. Docebit. Quid? Quam bene & ad amantissim rationis elegi vos: siquidem Ibrae electio confirmabitur in caelo veniente Spiritu Sancto.

11 Fige in duo capsula Luce pro eodem articulo, considerationis acumen. Eligis (dicit de caelesti Praeceptore) duodecim ex ipsis, quos & Apostolos nominavit. Cap. 1. Act. 2. ait: Apostolis, per Spiritum Sanctum quos elegit. Videtur tacita dotium commendatio, geminata in diversis capitulis, & distinctis personis Apostolorum electio. Verum iuxta Alapide hic, Spiritus Sanctus elegit ubi discipulos Apostolos Christus super montem designavit. Per Spiritum Sanctum, quos elegit: scilicet iam pridem: subdit Cornelius. Quo pacto Apostolorum constitutio facta a Christo, tribuitur Spiritui Sancto? Spiritus Sanctus linguis igneis raras fecit electiones: & dum auctoritatem astruit, dicitur quod illas fecerit; quippe electio quae hominum, Dei fiti ubi eligant homines iuxta voluntatem Dei.

12 Liqueat propositum. Electio Apostolorum fuit ex humana voluntate Christi. Confirmatio autem de caelo a divina voluntate: & dum iuxta rationem homines favent dignis per collatum suffragium, sententiae propriae, & iudicia prolata non sunt hominum; quoniam electio Dei est, dum voluntas sequitur momenta rationis, quin ratio ducat despicientiam voluntatis. Electio facta in mundo, & etiam in caelo. Per Christum, & per Spiritum Sanctum. Dependit electio prima a secunda, quae confirmavit acta: & dicitur a caelo facta electio, quam decrevit homo; quippe si electos caelum linguis ignitis astruit, haud aliter eligeret, si elegisset.

13 Apostolis electis, auctorandisque descendit Spiritus de caelo, ut clareat a quo summenda suffragiorum commendatio: igitur ni caelum sigillet & confirmet electionem; nec electio nec electi habebunt auctoritatem. Ferè dum ad summam dignitatem hominis fit electio, dicitur electio & oppositè creatio. Creatio theologice est productio ex nihilo. Discant Principes Ecclesiae muneribus non inflari: si in nihilo nihil est; dum eliguntur, electio ex nihilo fit: siquidem esto apprimè & praestanter floreat doctes, non sunt merita, est magna, ad creatas dignitates. Creatio est electio. Venit

Luc. 6. 11. Act. 1. 24.

Alapide

Electio Dei fit, si fuerit iuxta voluntatem Dei.

Optimè homo, eligi, dum caelum non aliter electio dicitur.

Nulla auctoritas electionis, sine caeli auctoritate.

Spis

Spiritus Sanctus in conclave cenaculi, ut in dignitatem crearentur Apostoli. Ex nihilo fit creatio: & caelum electos eligit, dum testificatur de electione: etenim si caelum electos reprobaret, vel in dignitate non confirmaret, quasi nihil fecisset, licet totus mundus cunctis suffragiis elegerit. In proditore Apostolo via datur: in culmen principatus a Praefide Sanctissimo eligitur: verum amissum est eligentis suffragium, quoniam reprobavit post electionem caelum.

14 Astruxit Dominus, postquam praemisit lotionem pedum tot obsequiis, & Eucharistia institutione tot beneficiis, minime fracta est protervitas discipuli proditoris: igitur qui cum illo comedebat panem, contra illum levavit supplantationem. Coram protulit: *Non de omnibus vobis dico: Ego scio quos elegerim.* Difficile prorsus argumentum. Nonne Iudam elegit, & inter ceteros eadem classe collocavit? Ipse ostendit, cum dixit: *Nonne ego vos duodecim elegi?* Si elegit inter duodecim, & de uno ex duodecim dicit; quare astruit nosse optime quos elegerit, quasi inter duodecim Iudam minime elegerit? *Diabolus est:* subdit. Ita illius depravatus genius, ut non diabolus esset in illo, sed ille esset ipse diabolus, nec posset inveniri discrimen inter Iudam, & Satanam; quippe ille fecit, quae vel epibolus infidator non faceret. Electus per electionem tantum non eligitur. Non est electus, qui post electionem iure a caelo reprobatur: & cum Iudas esset improbus, & electus; nequaquam erat electus, quoniam indignus: igitur non dignus qui eligitur muneris, sed qui eligitur dignus. Scit Christus, quos elegerit, noscens Iudam elegerit; etenim electus implevit numerum, & neutquam meritum; quandoquidem indignis meritis credito officio; quasi de illo nulla facta esset electio.

*Nos numerus sumus.*

Dicere quibat cum Horatio, lib. 1. *Epist.* 2. v. 25. In ministerio suo & alieno nominatus est, ut abiret in locum suum: de quo nobis alias. Perpende quanta causa dictum a Bernardo lib. 4. de *Consid.* ad Eugen. cap. 5. *Officia bonos facilius recipere, quam facere.* Hinc pater, quam praecipis voluntatis solius, vel affectionis propositum; cum improbi exeant, qui probi etiam eliguntur. Virtus Praefidis vigilantur, ut canit Claudianus in IV. *Consulat.* Honor. v. 308.

*Tendat avaritiam, cuius fœvissima nutrix Ambitio, quae vestibulis, foribusque potentum Excubat, & pretijs comœrcia possit honorum.*

DIDASCALIA VI.

In electione consilio, non prece agendum est.

Nome Bernardi est lib. 3. ad Eugen. de *Considerat.* cap. 4. Frequenter ad thronum, maxime qui indigni pro meritis exponant merita precum: quae quidem suspiciosa debent esse, igitur merita haud egent intercessore. *Qui pro alio rogat, sit tibi suspectus:* subdit Mellissus Doctor lib. 4. cap. 5. Siquidem cum census dent honores; ne ambientibus sint fallaces, precibus solvant, quaque ab illis acceperunt. *Hinc rapti pretio fœces, sœtorque favoris Annus venalis referens certamina campo.*

*Hinc usura vorax, avidumque in tempore fœcus.* Et *concessa fides, & multis utile bellum.* Accinit Lucanus lib. 1. *Pbarfal.* v. 178. Unde ut suffocetur indignorum spes, & precum caput confringatur pestiferum, in electione munerum consilio & non precibus agendum.

Huiusmodi normam tradidit Honorio Claudianus: igitur in *Pang.* pro IV. *Consulat.* v. 294. fœcinit: *Tu Civem, patremque geras. Tu consulte cunctis.* *Nec tibi: nec tua te moveant, sed publica vota.*

Quandoquidem, ut inquit Seneca de *Consul.* ad Polyb. cap. 16. *Ex quo se Cæsar orbis terrarum dedicavit, sibi eripuit.* Consulere enim sibi tantum, qui protiverit in electione consilium: & movent sua, non publica, si in decorem dignitatum addicit merita. Patris & civis officia habere, Principi congruit, ubi ex candidatis eligit: patris amore, ne filij opprimatur tyrannide: civis, ut studeat Republicæ commodis: verum cum pugnaverint munia inclinatione ad gratiam, iure ad iustitiam; pater non vincat civem, sed civis patrem: siquidem in conferenda munia civem movere debent publica vota. *Homini regi* conferret regnum caelorum, in quo prudentia relictæ exemplum: igitur cum per hominem notetur inclinationum affectio, per regem muneri additio; prestat rex qui homo non homo, cum prior debeat esse respectus dignitatis, quam respectus hominis. Patrem rex vincat, dum vota non sua, sed publica tractat: etenim meretur constitui regem, quisquis ho-

Bernardus Merita indignorum precibus egent intercessore

Quæ venia, non egent intercessore

Lucanus

Rex vixit alijs

Claudianus

Seneca

Potamini publica vota

Martha

Et auctritas iustitia in electione

minis eligens vicerit inclinationem, excitationemque rationis exponet, ubi consilium inclinationis elegerit.

Genes. 27. 11.

3 Cæcum saepe demonstravimus Isaac, cum suffragio cogitare exaltare Esau. Iam enim hic & vili pretio vendiderat primogenitum: sed patris ita cæca affectus caligine lumina; ut eligere in principem intendere, qui iam nihil habebat, quod amitteret. Sciebat enim Domini oraculo præferendum Iacob. *Maiores serviet minori:* & adhuc urget, vel dignum commendante memoria, affectionis instantia; quia nolens abspicere, quem non poterat videre. Iacob, in principe patre, congruebat dignitati. Esau cogitavit pater, congruere sibi: & ostendit excitationem, quippe maluit prius esse patrem, quam principem, in regimini regulas quæ præterenda semper publica vota. Reminiscitur meritum Iacob, verum voluntas tendebat in Esau: & a Iacobo, ni caelum perverteret conamina, defecisset dignitas; quia a memoria meritum iam defecerat voluntas. Aptè Gloriosus legislator N. Benedictus *Regul. Sanct.* cap. 71. *Non permittimus privata imperia præponi.* Privatam imperium est iuxta præcipiens libitum; commune, iuxta rationis placitum; & non permittit præponi privata imperia, quem movere oportet publica vota; quoniam rationem dedecet imperare ad voluntatis placitum, cum oblivione omni moda meritorum.

Cap. 25. 23.

Cæcus Praefes qui praefert bono communi, proprium.

S. Benedictus

Eum delectat memoria meritorum, & non affectuum.

Ioann. 14. 26.

Augustinus In electionibus sit meritum recordatio, & indignorum oblivio.

Thren. 3. 20.

1. Reg. 1. 11.

Quæ memoria oblivio est

ita is artes, ut merita suffragentur & non preces.

5 Cui Christus tribuit memoriam, attribuit etiam veritatem & omnem. *Cum autem venerit Spiritus veritatis, docebit vos omnem veritatem.* Omnem? Veritas num est divisibilis, ut cum dicitur sit omnis: Si non omnis, non est veritas. Ergo si veritas, omnis. Cur igitur spondet Christus Amorem dictum ire non tantum veritatem, sed veritatem omnem? Ut homines dum consulunt, consulant bene, ac non affectiones, sed consilia clarescant in electione. Mos est plurimum recordari de quo volunt, quoniam volunt recordari. Dicant aliqua, tacent reliqua, & dum clare videtur corpus laudum veritatis, est veritas, sed non omnis. Ubitota non dicitur, qui dicit, oblivione recordatur: & tunc fugit benemeritum dignitas, quia est dicta, non omnis prolata veritas. N. dialecto: *Pierde el benemerito el cargo, porque se hizo memoria, mas no de todo.*

Causa suppetat. Veritas profertur, ubi merita qui Praefes reminiscitur: ceterum non omnis veritas, dum illustrium sit memoria meritorum, & oblivio de meritis ad culmina dignitatum. Veritas omnis est memoria numerum, cum memoria meritorum: & Spiritus veritatis, cui attribuitur amor, docebit omnem, cum venerit, veritatem; quippe memoria faciet, & cunctis ostendit, quid Apostoli meritis consequuntur, & quid in altiores, dignitatibus merentur.

6 Sublimior latet in auctoritate cogitatio. *Omnem veritatem.* Id est, quæque latent hominem: ut diversis linguis per totum orbem legem extenderent Evangelicam, & suam his meritis scirent prædeterminationem ad gloriam: quod nimirum meritum habituri essent in mundo, & quali gloria poturi in caelo. *Prædeterminationem* consilio dixi. Sanctum apud Scholasticos cum D. Thom. 1. p. q. 23. & Expositores in *Epist.* ad Rom. 9. & v. 14. decretum prædeterminationis Sanctorum esse ex mera Dei voluntate, cuius origo amor, quo eligit homines ad gloriam bonitas summa, & ante prævisa merita: bonitas, cum eligat: & summa, quippe priusquam merita nostra prævideat. Non ideo huiusmodi electio est perpera (ut garrit Calvinus) quoniam a sola voluntate orta: igitur per merita postea videnda in electis, patebit cunctis iustificatio electionis. *Deus* (inquit Augustinus de *Gratia & libero arbitrio.* cap. 23.) *reddidit mala pro malis, quia iustus est: bona pro*

Ioann. 16. 13.

Affectus solummodo recordantur, de quo volunt.

Ar. Aff. Dionis.

Prædictio sunt sanæ memoria de meritis, & non de præmissis

Electio prædeterminationum ad gloriam ante prævisi merita

Augustinus

pro malis, quia bonus est: bona pro bonis, quia bonus & iustus est: solum non reddit mala bonis, quia iustus non est. Unde ex antelatione huius gratiæ electionis nequit oriri querela; quoniam merita electorum post demonstranda. Posset esse, si throni gloria conferretur ante merita: & non est querimonia ex electione facta à voluntate divina; siquidem cum pervenerit electi in maiestatem throni, testificabuntur actibus iure meruisse.

7 Inconculsum utique, gratiam esse & Dei liberalitatem decretum electionis ad gloriam; verum nemo sane mentis huiusmodi gratia præmium dicit gratiam. Unde vera est propositio: Deus gratis vult dare gloriam: falsa verò: Deus vult dare gloriam gratis. Est gratia concedere ministerium, aut officium, ex quo possit resultare meritum: sed non est gratia concessio gloriae, quæ datur merito officij. Est corona quam concedit iustus iudex, ex electione quam fecit misericors pater. Est corona iustitiæ concessio gloriae. Non est gratia: Est gratia electio ad gloriam cæli, cæterum non est gratia possessio throni; quin vereatur amor ante possessionem dignitatis, manifestare obiectum electionis: igitur est iustitia proveniunt manera, quippe dignitatem conferunt ipsa merita. Obiter nota, gloriam concedere, ad electorem spectare; cæterum ad electum, mereri: siquidem sine meritis, non conceditur thronus dignitatis, cuius electio ferè ignoratur à fauto, ne vacet ab officio virtutis, quia voluntatem habet efficacem electoris, & simul ne videatur, cum pervenerit ad thronum, dignitatem conferri per solius voluntatis absolutissimum placitum. Iurè ignoratur usque ad exitum electio & reprobatio. Electus nihil ageret boni, confidentià voluntatis iudicis: reprobis verò peius, præceptio atque cæcitate proiectionis.

8 Modò in testimonium præfatum. Spiritus veritatis docebit vos omnem veritatem. Id est, electionem in labores expugnationis debellandi orbis, & electionis ad gloriam, quæ infallibiliter sequetur huiusmodi pugnam, qua nitentur meritorum claritas. Hæc enim Omnis veritas? Profectò. Dum est præmium sine merito, nec corpus est, nec umbra veritatis. Ubi meritum sine præmio, est veritas, sed non omnis: & Spiritus veritatis vos docebit omnem veritatem, testificans assumptorum iustissimam electionem; quoniam offendet ex iustitia collatam claritatem munerum, iuxta momenta atque qualitates meritorum.

9 Proposito principali. Prædestinato, sive ad gloriam electo, conferetur felicitas.

tis thronus, cæterum cum fuerit tempus. Labor est sane meritum, sed præmium inexplicabile gaudium; & eodem tempore quo gloria datur, qui iudex meritorum de electione ad gloriam remittitur; igitur gravissimum esset homini, ut, merita acquirere posset, occasiones in labore demonstrare, & in tempore mercedis illum prorsum oblivisci.

Ratio constat. Voluntas, pura voluntas, est ad favorem, nequaquam ad dignitatem; quippe sine meritis tendere nequit in remunerationem. Voluntatis placitum est præmium indigni, igitur meritum habet dumtaxat in voluntate. Dum voluntas materiam offert, ex qua præclara resultant merita; non intendit oriri præmia ex voluntate sola. Est gratia, sed in solum favorem non dirigit gratiam, quoniam ex iustitia exercitijs, qui meretur, mereatur gloriam: siquidem eligeretur indigne; qui eligeretur, quin posset mereri, sicut ille qui eligitur à decreto cæcæ voluntatis, præcibus intercedentium, non suffragijs meritorum. In Deo non est, quod in humana voluntate, ubi resolutio sine cognitione, voluntas merè voluntas, & affectionum propudiosa cæcitas, ignorante ratione (quippe in contrarij lex) in velle qua causa vult: quandoquidem sæpe in examine invenitur memoria cum oblivione, atque voluntas sine voluntate. In Deo est amoreffæcax; igitur licet prædestinati electio sit per amorem, & libera voluntate discernatur; voluntatis profectò remittitur; quippequam in exitu laboriosæ vitæ pollet memorià, ex iure claro remunerandi merita. Hoc est discrimen electionis ad gratiam & ad gloriam. Ad gratiam non est meritum, sed tantum voluntas: ad gloriam parere debet meritorum veritas. Ad coronam merita sunt necessaria, etenim sine meritis, vel maior non esset gloria: & opportunè recordatur Deus eius quem ante prævisa merita elegit libera voluntate; quoniam illi confert gloriam, quam meretur ex iure.

10 Occurrit menti arcana periosus, quam in sermone præfato post cenam protulit Dominus. Pater clarifica filium tuum. Ad quid igitur Patris auctoritas, & testimonij cælestis inconculsa claritas? Ut cognoscant te (subdit) solum Deum verum & quem misisti Iesum-Christum, quod quidem dicitur Vita æterna, ibid. Haud immeror in clarificatione, nec in claritatis iure: igitur par est, quod Pater clarificet maiestate honoris, qui ita studuit pro religione Patris. Solummodò cogito, hic nullam mentionem fieri de Spiritu Sancto. Ut cognoscant te (ait)

Græce, meritoria recordari, & in vobis erit, oblivisci.

Voluntas est digni meritum

In cæca affectio- nis igno- ratur, quare affectio

Discrimen inter gloriam, atque gratia concessio nem.

Ioanna 17.1.

Verb. 3. Honor datur honoran- ti.

(ait) & quem misisti. Necessaria erat ad fidem notitia terrij personæ. Unde alibi dicit de Paracito: Vos autem cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit. Quare igitur dum loquitur de gloria, seu vita æterna, terrij Trinitatis Personæ nulla datur Apostolis notitia? Quippe loquitur de vita æterna & de gloria. Prius locutus fuerat de gratta prima, quæ non cadit sub merito, cum conferatur pro Dei voluntatis libito. Modò sermonem direxit in gloriam, quæ conferatur meritis acquisitis per gratiam. Gratia pendet à divina voluntate: gloria à meritorum iure: & ubi merita interveniunt ex iustitia, voluntatis ac amoris nec memoria. Cognoscet discipuli Spiritum Sanctum per gratiam & permanentiam. Cognoscetis eum, quia apud vos manebit, & in vobis erit: verum ingressari in cælum, Patrem & Filium. Patrem cui tribuitur mansionum cælestium distributio; & Filium, qui Patris sapientia & ratio. Extendatur attentus & effectus voluntatis ad gratiam, non ad iustitiam. In Spiritu Sancto exprimitur amor: & dum memoratur æterna vita, Spiritus Sancti nulla exprimitur memoria. Subtiliter. Haud exprimit Christus amorem, quippe gloria pro solum non conferatur voluntatem: sed amor memoriã habet collationis dignitatum, in eos qui per gratiam ius acquisiverunt meritorum. Quid ergo in hominibus? Solæ voluntatis placita.

Interexta præcingent tempora vittæ. Proh Soperi! Periplamet ornamenta claret electi ignominia.

11 Vidit Ioannes horribile monstrum, per quod, ut placet multis, Romanum signabatur imperium. Per bestias signata Principum dignitas: Cognatio magna interfecti absdubio inter ad principatus assumptos, & mentis captos. Unde Seneca in Ludo Claudij, iurè dixit: Verum proverbium fecerat: Aut regem, aut fatuum nasci oportere. Quid, si omnia simul? Miserabile regnam. Causam canendo plorat.

Despote virum Quo non alius Potuit civis Disscere causam Unà tantum Parte audiri, Sape & neutri. Quis non iudex Toto lites Audit anno?

Fidi (inquit) bestiam habentem capita septem, & cornua decem, & super cornua eius decem diademata, & super capita eius

Ibid. cap. 14. 17.

Ubi valent meritis, affectio nec memoris.

Quod bonis meritorum sola voluntas.

Petr. Coll.

Cur imperium signatum per bestias? Senec.

Improbos iudex.

Idem.

Apoc. 13.1.

nomina blasphemias. Hanc enim homines adorabant. Non sunt homines, dum cognoscunt bestiam & tamen adorant. Illi potestatem dederat draco. Patet. Unde consilium nisi ex inferno, quoddam bestia ab hominibus adoraretur in throno? Cognoscitur per imperium, cuius suffragium. Super cornua erant diademata, & nomina super capita cum aptis viderentur super capita diademata: verum nomina sunt tituli dignitatum, diademata imperium: & ubi bestiam amplectitur thronus, non hæret capitij principatus, sed titulus.

12 Perpendatur ordo diadematum & caputum. Capita septem & diademata decem. Plura diademata, quam capita in bestia. Propositum inferni patet elevato ad thronum; igitur cum tot capitibus, ad tot coronas non habebat caput. Septem habebat & nulla pro regimine, quippe nullum caput caput bestiarum vel potius, quoniam ad thronum, ubi multa capita, nullum caput. Caput habebat bestia, & bestia agnoscebat caput: siquidem caput non habet Monarcha, si regnum moderatur capita plura. Plura capita erant: bestia profectò habet regnum, dum qui serpere debent, exaltant caput. In uno corpore plura capita omnino monstruosa: in regno indubitabilis ruina: etenim regum ac regnorum exterminium, pierumque non tam à multitudine, quam à divisione caputum.

13 Denique. Decem diademata. Vel unicum erat necum. Tot diademata? Tot regimina? Tot honores? Symbolum est cæcæ voluntatis, vel obcecate mentis, quæ rapris repagulis iurium, inconsulto tendit in prolubij propositum, deploris meritis, quippe cui hæret, transit in affectum cordis, & nullum dignum in superiores dignitates invenit, nisi cum affectus propens ex abrupto consulit, tribuens bestia plures honores, quibus singulatim ornarentur plures. Magna ingenta ferè in occulto iacent. Magnæ bestia ferè in honore nitent: & decem diademata copulantur in bestia coronam, ut his honoribus magis cognoscatur bestia: siquidem nonnumquam farcinatio honorum constructur meditante in ornamentum bestiarum.

14 Preces hoc habent officium; crebro fumivenduli sunt patrocioium bestiarum, quippe ut ab illis non abeat separata dignitas, sæpe capius in honores eligunt bestias, quin insatuati agnoscant, quod tantum bestia recalcitrant. Ideo Ioannes dicit: Fidi bestiam ascendentem. Nequaquam bestiis concederetur ascensio, si abesset amicosorum bestiarum interpellatio: & tunc affi-

Dum bestia eligatur in imperium, cognoscitur ex inferno sua fragrum

Nullum caput in regimine caput bestia. Et multa capita

Regnoru ruina

Cum laud honorum sepe in ornamentum bestiarum

Indignu assumpti ingrati ferè.

Ibidem

Reipubli  
eg occa-  
sue bestia  
rum af-  
cenfus.  
Sunt ve-  
nena ele-  
vata rep-  
silia.

At pondere dignitates, clamant quid fecerint preces. In electionibus valeant consilia, igitur consilium dedecet, quod belliarum sit memoria. Valeant merita, ne sit dignitatum ruina. Præstedoñum splendor, quem ambiciat honor: ut ultra fastos ornare cogat, quem ratio in Superiorem designat, relegando reptilia, ne sint venena. lo pro dignis audiatur, non pro belijis ascendenti- bus, nocuis ipsis dignitatibus. Merita sint solum ad munera via, ut sit muneribus gloria. Audiatur Claudianus lib. 2. de Laud. Stilicton. V. 122.

Non obruta virtus  
Paupertate laet. Lectos ex omnibus oris  
Evebis, & nunquam meriti cum abula queris,  
Et qualis, non unde satus. Sub teste benigno  
Vivitur: egregios invitant premia mores.  
Hinc prisca redeunt artes: felicibus inde  
Ingenijs aperitur iter.

Claudia  
Pregio  
foret vir-  
tuti.

DIDASCALIA VII.  
Invidia maius tormen-  
tum.

Horat.  
I  
C  
Anit lib. 1. Epist. 2. v. 58. iure  
Horatius: etenim grave ut-  
cumque, malum ab ipso patiente. Tormentum  
& maius, quippe cruciantur intima viscerum:  
& maius, quia voluntarium: ita affectione  
prona in audaciam, ut tollat ab anima nobilio-  
riorem potentiam. Infertur pectori, virus  
halanti, fumo affectus Sole obnubilato intel-  
ligentia, cum nihil intelligat ex his quæ cogi-  
tat, quamvis videat. In delirium transit,  
quem hæc vipera momordit, aucta malitia,  
fima quantumvis opposita; quoniam modò  
mordeat, despicit prorsus, quòd dentes mor-  
su confringat. Delirium est. Inficiabitur ra-  
dios in Sole, quia non sui. Nullum habet ter-  
minum (ait Seneca Epist. 94.) tam sollicita  
est, ne quem ante se videat, quam ne post se  
alium.  
Quisnam impacata consanguinitate ligavit  
Fortunam Invidiamque Deus? Quis iussit  
iniquas  
Æternum bellare Deas? Nullamne notabit  
Illa domum, torvo quam non hac lumine  
figat  
Protinus, & seva perturbet gaudia dex-  
tra, &c.  
Succinit Statius lib. 5. Silvar. v. 137. Quic-  
quid splendendum, si alienum, cogitabit in-  
vidius somnium. Phantasma Christum disci-  
puli indicaverunt, ubi gloriosum viderunt,

Et deli-  
ruit.

Senec.

Stat:

Gloria in  
vidie co-  
mei.

Existimabant se spiritum videre: dixitque  
eis: Videte. Nonne videbant? Utique, sed  
etiam videbant corporis gloriæ. Quod vi-  
debant non credebant. Quicquid illis conti-  
git præ gaudio, præ merore accidit invidio:  
cui iure videnti, ut videat, dicitur; quippe  
nullo modo videt, quæ se carpent miratur.  
Avertatur quod videt, & quia videt; & ce-  
cutire malet: igitur cum gloriosa vel miran-  
da, vel non videnda; lumina aperit ne vi-  
deat, ut quæ visa prodigia minime plaudent.  
Habet oculos videntes, & aliena non videat-  
tes, quod extremum malignæ excitatis. Hi-  
span. aptius: No es ceguèdad, sino ceguera.

De Isaac dicitur: Caligaverunt  
oculi eius & videre non poterat. Quid novi,  
quòd non videret, si caligaverant oculi? No-  
vum sanè. Causa dicitur caliginis, opposita  
omniò cause livoris. Non videt Isaacus,  
quoniam non potest videre: invidus verò  
non potest videre, quoniam videt. Ille, quia  
caligat oculus: hic aurem, quia caligat in-  
tellectus. Senam obscurantur oculi, ne vi-  
deant; quia vident invidi, obscurantur oculi.  
Illi quoniam laborant infirmitate; hi, quippe  
laborant luce: unde invidi patet tormentum,  
& etiam inter cruciamina maximum; igitur  
quo alij uruntur in sensationem, ducitur in  
excitatem.

In caligine oculorum Isaac, animus  
describitur Esau.

Gaudet in tristi funere fratris.  
Macerat invidia, ante oculos illum esse po-  
tentem

Illum ad spectari, claro qui incedit honore.  
Ait Lucretius lib. 3. de Rer. natur. v. 72. Pa-  
ter videre non poterat præ caligine oculo-  
rum, filius, quia videbat fratrem vel à cæco  
benedictum. Carpebatur, rumpebatur: &  
iram ex subducta gloria dignitatis placaret,  
modò frater non haberet: igitur non tam  
affluit, nec animum percalit, quòd esset sub-  
ditus, quam quòd frater illi fuisset præclarus.  
Irrugit clamore magno conserratus. Intre-  
muit electione, ubi se vidit deiraudatum  
dignitate, cum cogitasset fastosè haud in-  
digere meritis, cum voluntate patris. Trans-  
ivit in invidiam superbia, atque in cordis  
livorem arrogantia: igitur non tam quia sub-  
ditus, premebatur, quam quòd subditio futu-  
ro, qui Superior subderetur.

Observe tur Prophetæ Regis insignis  
periodus. Deus (ait) ostendis mihi super ini-  
micos meos, ne occidas eos. Ampliore, si  
fallor, Regis Pfaltes sollicitat vindictam,  
dum exprimit illo articulo elementiam. Pe-  
na sanè plusquam mors, ubi mors pena non  
est. Ne occidas eos. Haud oritur imprecatio  
ex

Luc. 24.  
37-39.

Oculi in-  
vidi, ne  
vifa plu-  
dual, ca-  
ligant.

Genes.  
27. 11.

Lumen  
rejecit,  
ut in te-  
nebris  
ambulet.

Lucreti

Verf. 34

Non tam  
premitur  
maio  
suo, quò  
bono aie  
no.

Pfalms.  
58. 12.

Mifera  
vira in-  
vidi.

Mors ref-  
pellu pe-  
ne, pena  
exigua.

Senec.

Senec.

Senec.

Invidi  
grave,  
subditio  
Superior-  
em ex-  
periri.

Exod. 3.  
20.

ex indulgentia, sed ex iustitia. Condona-  
tio vitæ iuris severitas: Utique, inimici la-  
borabant livore. Penas criminis lucturi,  
qui persecuti sunt iustum, cogitant mortem  
eius, ne alimerecur ad thronum: &  
dum tollitur in regiam dignitatem, vitam  
imprecatur inimicis, & non mortem; igitur  
facis ostendi super illos in culmine di-  
gnitatis, ut tormenta pariantur miseræ mor-  
tis.

Ne occidas eos. Si ut pariantur,  
occiduntur; non occiduntur, sed videant  
à Deo exaltatum in throno, quem eorum  
conata est suffocare persecutio: etenim do-  
lunt plusquam de mortis acerbitate, vi-  
dere æmulum in dignitatis culmine. Mors  
tormentum est, verum pro criminum faci-  
fatione pena exigua: ultra mortem est  
cogitata pena: & nulla maior, quam  
quem conabantur proterere, procedentem  
videre clarum honore. Qui morituri penam  
moriuntur invidia; ut diuturnior sit in acer-  
bitate pena: quæ ita cor gravat mali-  
ganter invidiosum; ut potius eligant pati  
tormenta mortis, quam videre in æmulo  
splendorem dignitatis. Vivide Seneca in  
Oedip. Act. 5. v. 945. pro ingenio & suppli-  
cio invidi lucuitur:

Iterum vivere, atque iterum amori.  
Liceat, renasci semper: ut toties nova  
Supplicia pendat. Utere ingenio miser.  
Quod sepe fieri non potest fati dicit.  
Mors eligatur longa: queratur vita,  
Qua nec sepulchris mistus, & vicis tamen  
Exemptus erres.

Ne occidas eos. Videant & confundantur  
zelantes, ut moriantur continuo exaltatio-  
nem videntes. Si semel morentur, parùm  
penæ. Ne occidas eos, ut moriantur quoti-  
diè, & utique quaque. Ne occidas tam cele-  
riter, sed serena eos ad vitam miseram: sub-  
dit Genebrardus. Aptè: vita erit sanè di-  
rior morte: igitur usque ad animam per-  
venit vulnus, dum cui invidetur, videtur  
super inimicos exaltatus: quippequam in-  
vidio grave, quem subditum despiciebat, Su-  
periore perierit. Ne occidas eos: ad quid  
huiusmodi severitatis demonstratio? Ad  
quid, si invidia laborant morbo? Laborent,  
& affligantur. Invidia Siculi non invenere  
tyranni maius tormentum: siquidem si glo-  
riam alterius viderint; intra se venenatis  
visceribus computrescent.

Nota singularem phrasem, & invidio-  
rum oculorum indicem. Percutiam (dicit  
Dominus Moysi) Egyptum in cunctis mi-  
rabilibus meis. Percutere mirabilibus, sin-  
gulare quidem. Potius quam vulnus exci-

9  
Uterius. Non poterat videre lu-  
cernam, antequam extingueretur. Exin-  
dione lucernæ tenebræ fiunt Splendore  
etiam

Tom. II. Taut.  
XV. 2.

tant in hominibus admirationem: & mira-  
bilia notantur in percussione, ut clarescant  
demonstrationes invidia: igitur quilibet vi-  
fa portenta, invidio non portenta, sed alta  
vulnera. Hinc aptè: Ne occidas eos, dum me  
super illos ostendens, & quasi prodigium  
multis adiutor fortis in eorum exaltaver-  
is: etenim dum ab illis mirabilia viden-  
tur, à te utque ad agendam animam, sine  
morte pereuntur.

Dicit illustri metaphora Salomon. Si-  
cut sonitus spinarum ardentium sub olla, sic  
visus stultus. Alij, Invidi. Ritus indicatur in  
livido, uti quid novum: fugit sanè viscera  
gaudium. Ritus admirationis est signum: &  
spinis ritus invidi confertur; quia dum sa-  
piens gloriosa miratur, invidus pungitur.  
Iuxta merita gestorum his tribuit sapiens  
honorem, & ora laxantur in laudem: aliter  
cui viscera venenata ab invidia, videns  
portenta: etenim dum cordatus procedit in  
plausum, invidus pertuax illico erumpit  
in risum. Sicut sonitus spinarum arden-  
tium: Et ridet? Ritus profectò Megaricus.  
Ridet & moritur; quippe dum alius plau-  
ditur, intimè excutitur. Proprietates ignis  
dividunt inter se, qui videt & in quo vi-  
detur lux: etenim quo plausus lucet, in-  
vidus ardet. Haud aliud habet cruciamen-  
ti, nisi alienum splendorem. Ideo dicitur In-  
vidus & stultus: siquidem summa stulticia  
splendore flagrat, atque luce excutitur.

In oculis animus inhabitat: & oculi  
Heli potius videntur invidia, quam condi-  
tionis humanæ. Oculi eius caligaverant nec  
poterat videre lucernam, antequam extin-  
gueretur. Ita legunt Eucherius, Angelo-  
mus Hebræus & Dionysius. Si videbat fa-  
miganem, potiore iure visurus lucentem.  
Quo igitur pacto videbat, cum sine lumi-  
ne videre nequibat, & videbat quod non  
poterat? Caligaverant oculi eius potius  
luce, quam caligine, ut clarescent effectus  
malevolentia. Lux splendore delectat: su-  
mus lucernæ retro festore sensum adstan-  
tium aggravat: & oculi invidi affectionis  
caligine, minime vident proximum dum lu-  
cet, sed quàm fetet. Non oritur defectus  
visionis à luce, sed dumtaxat ab oculorum  
pellifera infirmitate: etenim invidus nequit  
dotium videre lucernam, nisi viderit extin-  
ctam. Si exincta in nocte lucerna, nemo  
videt, nec pedem liberè movet. Hæc est  
lux invidi, nullam habere: siquidem vel su-  
mum aspicit, quem & ubi nemo videt.

Uterius. Non poterat videre lu-  
cernam, antequam extingueretur. Exin-  
dione lucernæ tenebræ fiunt Splendore  
etiam

Tom. II. Taut.  
XV. 2.

Qua in  
avis por-  
tenta, in-  
vidio vul-  
nera.

Eccle. 7.  
7.

Phisuri  
di alius  
plaudu-  
tur.

si lucet,  
ardet

1. Regi  
3. 2.  
Tantum  
signa fe-  
re, neu  
tquam  
lucerna.

Non ubi  
delectat:  
sed tene-  
bræ.

etiam tenebræ clarescunt. Commodius poterat videre, si lucerna splendore rutilaret, quam ubi eius fulgor evanisset; et enim ut fiat sensatio, lux necessaria ut conditio. Profecto in communi sensationis luminum ordine, verum invidus diversum habet modum videndi: igitur si lux necessaria est, ut conditio ad sensationem; ut invidus videat, igitur conditio necessaria, non esse lucem: quippequam si lampas potiatur luce, nihil poterit videre.

Plin.

De Tiberio Nerone, hominum hoste, & patrono lascivix, refert Plinius, ut viduus in *Exposit. Litter.* num. 2. fuisse ita ejus oculorum aciem, ut expergefactus noctu, haud alio modo, quam luce clarâ contereatur omnia. Eadem de Panthera scribit Ravil, *Text. lib. 7. cap. 27. Eorum oculi in umbris resurgunt, hebetantur in Sole.* longius quam ceteri nitent. Ita oculi Heli. Ubi tenebræ, erant lumina: ubi lumina, erant tenebræ: igitur invidus, si speculatur lucem, subito cæcus. Umbris gaudet, quippe aciem oculorum splendor levis perfringit; caligine lucis, atque luce caliginis: igitur lycis oculi resurgunt procul lumine, & excutiunt miserime coram Sole. Verè oculi animi indices; quandoquidem videre in tenebris solum contingit animo, uti Tiberij, truci; vel yastro, sicut Pantheræ. Aprè animi indices, quia videre, vel non videre, haud dimanat ab oculo, sed ab animo: quo quidem splendorem nequit invidus videre; quoniam videt splendorem, obstrictis oculis caligine alienæ lucis. Oculi Isaac & Heli caligaverant, & quia in illis caligo, nequibat esse nisi obliqua sensatio. Turpius aspectus invidi, ut obcæcet livore: etenim illi non à caligine causa, sed caligo aliena gloria.

Caligo coram aliena gloria & splendore.

11. Scitur exaltatio Mardochei in principem palatii Regis Assueri. Qui ad fores sedebat regis indutus sacro, Regis voluntate super inimicos elatus sedet in solio, penes quem centum vigintiseptem provinciarum moderamen, acclamantium iurè principem. *Mardocheus autem* (ut iuxta auctoritatem, decoram præferret vestem) *fulgebatur vestibus regis hyacinthinis videlicet & aërijs.* Alij legunt: *Loleaceis.* Exprimunt versio, quid nocet invidio. Lolium herba est oculis fumæ nocua. Unde Virgilius lib. 1. *Georgic. v. 154. ait:*

*Infelix lolium.*  
Et Ovidius lib. 1. *Faspor.*  
*Et careant solis oculis vitiantibus agri.*  
Iuxta palatij & aulicorum conditiones erat medicata vellus: non solum quia color æ-

Eth. 8. 15.

Lolium nocet oculis.

Virgil.

Ovid.

rius in decoris cultum; cum non æmulerentur aulici nisi ventum; sed quia significabat, colore loleaceo, quid accideret pro exaltatione livido: quandoquidem nemo poterat videre in maiestate, quia maiestate offenderentur oculi. Mardocheus munere, prudentia, atque cultu rutilabat insignis: & induitur vestibus regis hyacinthinis & Loleaceis, ut pateret in lolio, quid agebatur in pectore livido, quod quidem agerrimè laborabat, quoniam Mardocheus fulgebatur. Fascinabantur videntes proximi pompam, quæ nocerebat oculis splendore malefatis: punctis visceribus per subtile ac penetrabile livoris acumen; quia quem nolebant subditum, sustinebant Superiorem. Si fulgebatur, ut princeps, estis tantum color, lolij luminibus cernentibus satis: siquidem invidio nullus maior oculorum dolor, quam alienus splendor. Similis buboni fit, dum lucet Sol. *Quò minus, hoc minus:* affabè inquit Villava in *Symbol. Spirit.* p. 2. Emblem. 28. igitur quo magis Sol lucet, hoc minus bubo videt: sed quò minus oculus videt, cor magis ardet. Oculos

Avili aut appetantem ventum.

Oculi invidi dantur, dum alij fulgent.

Similis buboni.

Lucret.

*Præterea splendor quicumque est acer adurit.*

Accinit Lucretius lib. 4. de *Rer. natur. v. 328.* Vide quæ diximus in *Exposit. Litter.* à n. 3.

12. Intendit percipit alienus plausus, quo moeret invidi pectus. Apparuit Christus gloriosus in Thabor spectabili theatro maiestatis celestis, & simul innovit qualis conditio humane nature fragilis. Invitantur tres discipuli ad gloriam, quam videntes ceciderunt in facies suas. Ecce invidi simulachrum & aspectus. Vifa gloria cadit vultus. Nihil avidius concupiscere quibat, quam illam videre gloriam. Patet alius effectus lividi cordis, dum videntes Principis splendorem optine facies. Illum videre, erat felicitas illorum: & abscondunt manibus vultum; quippe cor invidum proteret propriam gloriam, ne videat alienam. Proferatur aprior textui cogitatio. Viderunt Christi splendorem, quo summam habebant gloriam. Gloriam mirati sunt iurè, sed in facies ceciderunt, voce descendente de celo ab æterno Patre. Quare Patre audito, lumina remouentur ab illa gloria, quæ interebaturusque ad animam per lumina? Ut clareret, quid pateretur homo, quum oculis obvium proximi glorificatio. Aliquid inuentibus gloriam micabat utilitatis, quippe illorum oculi participes splendoris, in voce Patris dumtaxat Filij audiebatur clogium: & dum noretur sine proprio proximi plausus, avertitur gloriam

Matth. 17. 6.

Proterit propriam gloriam, ne videat alienam.

Vel quod ipse miratur, ne quis audiret.

riam aspicientium vultus; quippe qui laborat inter gloriosa livore, vel quod ipse miratur nequit audire.

Invidia causa, aliena gloria.

Cant. 2. 1. Nobilitas non à strepe sed à virtutum splendore.

Plin.

Spice panis est pangit qui procellit.

Qui magis floridus, magis sanctus.

Qui florere propter socijs accipiet vulnura.

Apic re splendat celsitas & humi litat.

13. Queritur cui invidetur, quoniam ab illo perpelioni nulla detur causa. Fatua querela, dum sufficit gloria. Intendit. Quam speciosa ab Anasio pingitur Dilecta! Rutilat sine macula, inter cunctas venustior, & gratior, pulchritudine atque virtutibus celsior: unde dicit: *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Spinæ non habet lilium, sed rosa, ut huius conlter præstantia, ex eo quod ex strepe turpi fenticoso, eximia progrediatur pulchritudo. Quomodo sicut lilium inter spinas erit Sponte speciositas, ubi lilium nullas habet spinas? Habet & acrioris, in ostentatione floridæ maiestatis. *Nec ulli florum celsitas maior* (ait Plinius lib. 2. 1. cap. 5.) *languida semper colla.* Habebit profecto spinas, si læcet celsitas. Fomes punctiois est floribus præstantia: spinæ ministrantur ab invidia: igitur sepe pangit, qui inter ceteros procellit. Quinque folijs argenti nitidi oculis offert pulchritudinem, & etiam amulationem; quæ non cogitat de æqualitate excellæ venustatis, sed solummodò de spinis; ut quem æquare vel superare nequit, ad minus læcet. Invidus splendorem non sequitur, sed persequitur, ac in hocine officium spinis cingitur: unde cui meritum celsitas, est lilium inter spinas; quoniam qui magis floridus & speciosus, ab invidis magis læcitur.

Sicut cui invidetur, quæ lovi pæna, si invidet. Senec.

S. Ban.

Plin.

Symbola invidi varia.

14. Observanda etiam comparatio. *Sicut lilium inter spinas, sic amica mea inter filias.* Si sic, ergo dilectæ ceteræ sunt spinæ. Ceteræ filiarum flores sunt: sanè, verum lilium inter flores celsus est: celsitudinem odit invidia: & cui inest inter ceteros præstantia, est lilium inter spinas; quia florere celsitas, qua magis elevatur & magis pungitur. Celsior cunctis est Sponsa, & vallatur spinis quia celsior cunctis: siquidem patet ad spinarum vulnera, quoniam videt celsiorem & sine macula. Plerumque celsitudinis comes individuus fastus, & aliorum inordinatus despectus. Sponsæ mira celsitas, maior humilitas: & assimilatur lilio languidi semper colli: ut retunderentur inter socias impetus invidi: ne daretur probo, dum præstaret pulchritudo, quod excederet cunctas erecto collo. Sicut lilium inter spinas, sic micat Sponsa inter micantes socias: igitur inter feras Sponsam spina livoris pungit, sicut lilium speciosum, si inter spinas floreret. Misera fane magnitudinis conditio. Nulla flamma sine fumo.

Sil. Ital.

Mart.

DIDASCALIA VIII.

*In salutis via, nec minima negligenda.*

1. Monet Augustinus libell. de *Salutar. documentis.* cap. 34. Incendium vires suscipit à cintilla, & facit quod Vestivus, licet modica. Non draco vipera est, sed nocet uti draco presentiore veneno.

August.

Ex cintilla incendium.

*Scintilla magnas parvas flammis excitat: Ac viperinum semen baud raro necat. Od idque noxam, quamlibet parvam, fuge: Nam parva licet sit primum, crescit tamen.* Succinit Gregorius Nazian. in *Tetraſtich.* Cavet huius negligentix periculum, eò noxius, quò despectum, qui in *Regul. Sanct.* cap. 45. statuit: *Siquis dum pronunciat Psalmum, Responsorium, aut Antiphonam, vel*

Gregor. Nazian. Despectus negligens crederi.

S. Ben.

16.

lectionem fallitur, nisi cum satisfactione ibi coram omnibus humiliatus fuerit; maiori vindicta subiaceat: quippe qui voluit humilitate corrigere, quod negligentia deliquit. Quid d' Monache malitia, si ita negligentia? Accerrime deseruit? Imò suaviter: paulatim ne in gratia decidat, ubi de parvis nil cogitat. Minime in peccatis considerandum quam modica, sed quam plura; ut qui spernit momentum, paveat ad numerum, & non qualia, sed quanta consideret, ne labatur in maiora. Parvè, sed innumera guttae pluviarum, altos construunt gurgites fluminum. Minuta sunt quae erumpunt in membris per scabiem vulnera, & est gravior infirmitas, licet ulcera parva. Modicum fermentum totam massam corrumpit. Parum veneni nocet: paulatim crescunt vitia: & iubet Benedictus Monachum puniri de negligentia; ut maiora timeat, quem minora gravant: ne per quod iudicatur levis momenti, mors introducat animam.

Qui spernit momentum, paveat ad numerum, & non qualia, sed quanta consideret, ne labatur in maiora.

Mors lenis proxima ubi levis negligitur culpa.

Koehn. 1. 1.

Quid est languor?

Gislan. Augult.

Nexa ne esset mortui, ni iudicare tur levis

teretur opportunè medicamentum, si cogitaretur delirij, aut phrenesis iamminere periculum: transeunte languore in symptomata lethale; quia cogitabat languor nullius momenti. Dum viderunt iam cadaver, malignitatem cognoverunt febris: amissa vita, turpi negligentia per doloris obliuionem, quia iudicantur superfluum minimam sollicitudinem. Vernaculè vigilantius: Perdiendo infirmitate la vicia, quando todos juzgaron que no era cosa. Curantur enim sedulo vulnera peccatoris, est ferrum non transeat ad penetrantia cordis, ne si medicamina negligant, quò gladius non pervenit, vulnera transeant. Quoties nocuit, Nihil est. Immediabile vulnus esse recidendum est, ne pars syncera trahatur. Quam plurimi moriuntur infirmitate, quarantur non posse mori. Incidunt infelicitur in lethalem malignam occultam febrem, cogitantes infirmitatem esse, sed non ad mortem.

Stultitia vicia in animo vulnera, NO cogitabatur.

Moritur infirmitate, qua credunt non posse mori.

Incumbit a Cupiditate. Oculi Cupiditatis ianus.

Genes. 27. 1.

Qui exiguus abdicat, maiora recipit.

Abulean tur exiguus per dolorem, ne caligo transeat in caecitatem.

Corio. 1. 1. Senec.

Homo ad perat, à curiositate sibi caepat.

grat,

grat, ubi moles mentis operosa laborat. Flammæ lascivie non est altitudo: carpit enim vires paulatim, utrique videndo. Estò videat cor ad sidera elatum, flamma semper tendit fursum.

Propert. 2 Reg. 11. 2. Visus depraedatur animam.

Philz. Primò vident homines, deinde subit admiratio.

Intumbit a Cupiditate. Oculi Cupiditatis ianus.

Genes. 27. 1.

Qui exiguus abdicat, maiora recipit.

Euripid. O cupido, Cupido, qui per oculos. Stillas dulces venenum!

Qui non sentit dolorem, dolor indicat amentem.

Hippocr.

Totum laeditur, dū pari negligitur.

quàm à vulnere inlieto interficiuntur. In his non tam laborat corpus, quam intellectus: his mens ægrotat, cum dolens dolorem non sentiat. Qui ita exultat in malis, videns se tot criminum vulnibus saucium; necesse est designare furiosum, & querere medicamina minime in valetudinem, sed in cognitivonem: quandoquidem latus & periculosus vulnus, quò tot doloribus ita iaceat insensatus. Patet speculum vulnorum peccatorum venialium. Dolorem non sentiunt, & dolorem sciunt. His mens ægrotat: igitur defectus liquet cognitionis, tolerare gravem qui sentientes non senterunt dolorem leuem. In lascivia est obiectum huiusmodi insensationis, ubi pericula non arbitratu sagittas curiositatis: his mens ægrotat, igitur gratia iudicatur venenum, atque beneficium veneficium. Eclipsis est intellectus, quòd vulnus lethale designatur suave vulnus: igitur patet phrenesis, rationem non presentire, lasciviam consummare in mortis toxicum, quòd curiositas capit quasi risus argumentum. Nolites: Que acada en desgracia, lo que comienza como materia de risa.

Magis quam corpus vultuere, intellectus laborat errore.

Insensatio, quia dolorem patiuntur, & non sentiunt.

In lascivia risus, est de garrig. cas.

Eccle. 1. 2.

Stultitia, quod homo rideat, est plorare debeat. Plu.

Dalecamp. In furoris morbi, nisi furor.

Et exultare dolere.

Risus in mortem indicat phrenesim.

Op.

Crescit enim astidue spectando cura puella. Ipse alimenta sibi maxima prabet amor. Canit Propertius lib. 3. Eleg. 21. Crimina David habet principium à crimine, sed à curiositate. Vidit mulierem se lavantem; sed se videndo, minime contemplantur percontem. Periculum longè, sed per oculos flamma ascendit in cor, ruptis penetratibus, contactum nullis ante cupidinibus. Audi Philz. Primò vident homines, deinde subit admiratio. Deinde contemplantur: & deinde spes venit: Ita sit ex his amor. Quis cogitare ducibus oculis luxuriæ ingenium dirigi in regem, dum in solario è curis regni aliquam tuncbat laxationem? Vidit, & periit: ex periculosa curiositate, oculorum emissionem, in ictu oculi, veneno introeunte, atque ex licitis oblectationibus, sese obiectit turpissimis inquitatibus. Caligant amore oculi, & non potuit videre, quia non amandans caliginem, corrui infelix in caecitatem.

6. Haud fuit nisi curiositas feminæ primæ, porta qua ingressus est serpens. Vidit, sed minime fugit. Principium datur colloquij, sine latentis suspitione veneni: & toxicum genuit, quæ solummodo in horto obvia videbatur conversatio, quæ toti lethali ter nocuit mundo.

O cupido, Cupido, qui per oculos. Stillas dulces venenum! Clamat Euripides in Medea. Vidit Eva: sequitur admiratio visionem: post contemplantio, deinde spes, subsequitur amor incautam cogitationem; quæ iudicans in conversatione Angelum, experta est ex veneno serpentem. Qui aliqua corporis parte dolentes, dolorem non sentiunt, his mens ægrotat: ait Hippocrates lib. 2. Aphor. 4. Placet remedium inquireret, si doleret: penitere nequit, cui non dolet: at si dolenti non dolet, nocuor infirmitas mentis, quam patientis corporis. Mens ægrotat, si dolorem dolentes non sentiunt, læsa parte corporis, est non patiatur totum; quippe totius fabrica corporis immediatè iter læditur, dum vulnus partis, quippe leve, negligitur. Dolentes dolorem non sentiunt. Quo pacto dolentes non sentiant lethalem infirmitatem: & ita in mortem corrunt, quoniam potius à se,

7. Elet Sapiens istiusmodi risum. Risum (exclamat penitens) reputavi errorem. Risus est error? Uti proprietates hominis, videtur intelligentiæ atque rationis index. Iuxta tempora risus est discretio vel stultitia: verum stultitia & magna, quòd homo rideat, cum plorare debeat. Signa lethalia in furoris morbo risum &c. ait Plin. lib. 7. cap. 5. 1. Hic risum intelligo (subdit Dalecampius) non quidem hilaritatis indicium, sed Sardonium risum, nempe convulsionem faciei, risui similem. Inter signa lethalia, dum phrenesis caput occupat, risum experientia designat; igitur læsa ratio videtur cogitanti, dolentem ridere & exultare dolore. Amentia est, habere dolorem, & signare risu ex dolore voluptatem. Phrenesis, gaudere malis; & tormentis exultare languoris. Furor, cogitare urbanitatem in igne. Error, sibi de infirmitate gratulari: & risus dicitur error, gaudium languor, exultatio furor; quippe nullus maior, quam non cogitare accessione febris ut insaniam, pendere dolores quasi cachinni materiam.

8. Ex facto inquiritur causa. Risus provenit ex novitate. Naturæ consonum, dolorem exprimi per lachrymas: risum oriri ex doloribus; est novitas, & etiam indicium phrenesis; quoniam summa furoris, tormenta dolentem movere in risum, quibus prorumpere debet abundantia lachrymarum. Novitas sanè, tormentis extendere ritus, ubi mors præ dolore volat ad oculos.

Opportune Sardonius dicitur huiusmodi risus, quo facies hilaritatis, & cor transfossum spinis: igitur indicat in patiente phrenesim, ridere in mortem.

Gaudia facili morer.

9 Modò pro Sapientis auctoritate. *Risum reputavi errorem.* Iurè, haud solùm quia gaudium mundi, mœror, uti futile & leve ( ut potius dicantur gaudiorum forma, & non gaudia; ubi conditio humana ita gravatur, quòd vel gaudijs lachrymetur) sed ne levis, ut in lethalem transeat, iudicetur ægritudo, qua deliquia patitur infelix ratio: siquidem vacuum & inanem indicat intellectum, pati, dolere, & non sentire, vel cognoscere periculum. *Mens ægrotat.* Validus sanè morbus: & vocatur error; quippe decursu temporis anima perit, dispositione ad crimina lethalia, de qua ridet. *Mens ægrotat,* & gravius; si in furoris morbo proficit risus: quandoquidem furor est negligere uti risus materiam, vulnus quod transire poterit usque ad animam. Culpà levi anima non moritur, sed languet vel infirmatur: & mens cùm anima ægrotat; ubi nequaquam considerat, vulnera parvi momenti, lenocinari multitudinem morti: ac denique hominem agere, & agere animam, quibus noluit vulneribus requirere medicinam. Furor est in morbo risus, & error, ubi non dolor, ne vocet homo comitatis officium, quod est latitans venenum: dispensium dumtaxat temporis, que immisio in fornacem ignis, quo nemo ludit, & universos lædit: risus argumentum, Sardonicum risum, nuncium mortis sub specie hilaritatis. Discat fugere, quas dicit levissimas occasiones: igitur que non influet infirmitas in infirmitatem, ubi dumtaxat risus præcipitat in errorem? Ne sit furor, qui libet risus reputet error.

Error est, nò cognoscere vuneris periculi.

Anima peccato levi esse non moriatur, vulnere languet. Blandia lascivie causa.

10 Error: *Nx. Mens* (dicunt insipientes corde) *curiositas est.* Nonne perijt curiositate David? *Colloquium urbanitatis, ne videatur ætas fatua.* Conversatione iacuit prima femina. *Languor est potius temporis, quam cordis.* Quid si uti in Lazaro est putrida lenta febris? Quid si phrenitis? *Nullius sanè substantia, nec momenti.* Lazarus per incuriam amisit vitam: & in risu inordinato vulnerum claret perspicuè labyrinthus errorum. Ah! Quoties amor divinus ne corrumpam in phrenesim, submover cum occasione discretim! Perumque vacat a gratijs, ut disceant homines in schola doloris. Interdum elementer prevenit damnatum, providè amovens peccati periculum; & tunc homo

Quæ videtur exitus crescit in sinistra grandia.

furor percitus, quaritur de occasione non nacta, que videbatur indifferens, & consummanda erat acerbitate languoris. Proh misera conditio! Vel dum Deus gratias subtrahit, largissimè favet. Nos tenet affectionum furor, aut intellectiois error: & nos fugit cognitio ex ipsis beneficijs, vel dum ipsa patent & coram oculis.

11 Deliquit Adamus, gultato ligno scientiæ boni & mali, & tunc totus Dei conatus fuit, illum removere ab arbore vitæ. *Ne forte mittat manum suam, & sumat etiam de ligno vitæ, & comedat, & vivat in æternam.* Magna gratia, etiam dum interfuerat inimicitia. Vel severitas est consummata benignitas, & rigor æstimabilis favor. Ut plenior esset, & etiam cautio, adhuc Adamo egrediente e paradiso; collocavit Cherubim cum gladio flammeo in introitu horti, *ad custodiendam viam ligni vitæ.* Multa sese offerunt examinanda. Si cogitatio Dei esse removere hominem ab arbore, sufficere ante lignum collocare Cherubim: quare igitur Cherubim & flammeum gladium collocat Dominus ante paradisum? Deinde. Remotio debebat fieri ab arbore scientiæ, nequaquam à vitæ arbore, igitur per hanc recuperare non poterat, quicquid per illam amiserat: cur igitur fuit ante ostium paradisi Cherub fulmine indeclinabilis, & ad viam custodiendam ligni vitæ?

Genes. 3. 22. Deus vel dum beneficiis subtrahit, favet.

Veritas.

Magna gratia, ubi peccati remouetur occasio proxima.

Occasus præcepti est.

Anima feruor qua vicia suo peccati longior.

12 Utrique questioni satisfaciám. Certum est non posse in Adamo tunc audaciam cogitari, Angelo ligni custodæ; estò sæpe si homo invenerit occasionem, vel Angeli proteret auctoritatem: verùm ni expelleretur foras, ante oculos lignum floretet audaciam titillans, & ad manum fructum haberet, cuius proximitas appetitum invitaret: & Cherub prævaricantem Adamo, haud stat in arbore, sed in ostio; ut maiorem erga hominem severus demonstraret gratiam, subtrahens fragilitati frangende legis occasionem proximam. *Ante paradisum:* igitur quamvis homo coram gladio stricto timet, & Angelus vibratione fulminis terret; appetitus cordis sunt audaces, si est occasio coram oculis.

13 *Ante paradisum* Longè considerari poterat vel vorum in Adamo, remoto, Angeli gladio, ab interdicto ligno: ceterum longior erat occasio transgressionis extra limina paradisi voluptatis: & non tantum arceatur ab arbore per ministrum, sed ab ostio; ut non obviet audaciam cogitationum occasio: igitur anima à legum transgressionem securior, quò occasio prævarica-

tio-

Non extenditur manus, ubi non pervenit oculus.

Non solùm occasio per claudenda est porta, sed etiam via.

Titulo religio te gnat peccati occasio.

tionis longior. Excet ergo foras, ne impellat conditionis malignitas: igitur videns fructum, mittet impavidus manum, & peccabit, quia peccavit; ut reliqua perdat, qui æstimabilis amissit, projiciens cum scilicet lorum, ni habuerit impedimentum: & eicitur extra locum, in quo peccavit; ut peccatum fletet, & iterum non committeret: quandoquidem non mittitur manus, ubi non pervenit vel curiosus oculus. Vide vel in supplicio benignitatem: repellitur ab horto, ne repetat occasionem.

14 Perspicuus constabit ex questione secunda. Cherub cum gladio destinatur ante portam divitis horti, *ad custodiendam viam ligni vitæ.* Perpende prius, *Ad custodiendam viam.* In paradiso Adamus occidit, & cum illo genus corrui. Ibi occasio ruina, ac lubrica incogitata peccati: & dum homo à paradiso expellitur, in ostio gladio fulminante Angelus constituitur: quia non tantum occasio claudenda porta, sed occasio peccati etiam ignoranda est via.

*Ad custodiendam viam ligni vitæ.* Quorsum hæc? Ad custodiendam, aptius, viam semel tritam ligni scientiæ boni & mali: igitur magnam designat gratiam removere occasionem, ne denuò tenover culpam; ut diximus *Tom. I. Tautol. A. Didasc. 7. 11. 7.* Heu! Quoties titulo quærendi Deum in arbore vitæ, offendit homo fructum scientiæ boni & mali: Ibi offendit, ac miserè iacet; quippe tantum est titulus & non conatus, invitans in ruinam fragilitatem, cum non fugiat occasionem, sed spernat interitus ibi latere serpentem.

15 *Ad custodiendam viam ligni vitæ.* In ligno vitæ haud inventurus erat Adamus remedium, in lethale vulnus gratis

contractum, ex confessione ligni scientiæ boni & mali. Car ergo ita sedulo cohibetur ab arbore vitæ? *Videlicet, ut talis tam miser factus Adam vivat in æternam:* subdit Rupertus in *Genes. lib. 3. cap. 29.* Fructu ligni boni & mali languet; ut graves vitæ corrui molestias. Fructu arboris vitæ, longior esset infirmitas: & Deus collocat Cherub ante paradisum, ne Adamus languens in vitæ lignum mittat avidè manum; in gratiam mutatà pœnà, ac in clementiam iustitia: siquidem per Angelum ab homine removit lubricam occasionem, qua perpessus erat longiorem infirmitatem. Contemplantur in Angelis Custodibus, si dolorem immitrans immittere, ne habeant homines, de quo lethaliter doleant, uti latè diximus hic *Tautolog. 6. Didasc. 8.* Maxima igitur est gratia, que cogitatur à patientibus ut pœnà. Audi Marium Victorrem dextrè canentem *lib. 1. Genes. v. 522.*

Rupertus. Subtrahit Deus ab homine ne occasio nem, qua contraheret longam infirmitatem.

Amor Angelorum est solus etiam in illustratione anaritia diuinæ.

— *Ne iterum facinus quod mente gerebat, Auderet, mortis formidine percitus, Adam, Si rerum ignarus primi quid iuris habebat, Arbore vitali post causa extrema superbium Auxilium repetens, nulla patris arte redemptus*

*Viveret, & mundo iam mysticus orto laboret, Ac miseros semperque reos graviora manerent, Continuo Sacris infos decedere locis Expediunt venti, nemoris quos silva profundi*

Mare, Vici.

*Concitas.* Nil estò leve, negligendum est in via salutis, ne sint homine conficio obices felicitatis. Monet Prosp. Aquitan. *Epigram. 72.* *Cedant virtuti vanarum obstacula rerum, Ne perdat voti tempora lenta fides.*

Prospet

